

autem est Deus, testis est universum fratrum nostrorum collegium
 universaque multitudo, in quorum oculis id nobis ^(a) oblatum scri-
 bis ^(b), nichil eos ultra aut obtulisse aut expetisse, nisi ut liceret
 personaliter convenire, quasi res ista ^(b) manibus tractanda sit aut
 5 dimicatione corporum decidenda. ex quo conventu etsi fructus ali-
 quis colligi potuisset, quia tamen ^(c) longum videbatur illud iter et,
 priusquam de loco convenire nobis posset, magnum tempus elap-
 surum, orationem illorum negleximus, nec satis perspicere ^(d) etiam
 nunc possumus quid sibi voluerit ea legatio tam grandis tamque
 10 nichil afferens, nisi ut persuadere mundo possent se unionem Ec-
 clesie optare et, quod ante sepe iactaverant, esse etiam et insuper ^(e)
 ad renunciationem paratos, unde rumorem hunc possent ^(f) vulgo
 spargere, cessionem quoque a se nobis oblatam esse. quod cum
 falsum esset nec tibi satis exploratum, temere assumi a te non
 15 debuit. quod vero etiam libellum illum in Galliam ^(g), ut accepi-
 mus, transmisisti, fecisti ut illi de ^(h) mendacio suo valde sibi placere
 possent et commentis preclaris gloriari, quod non modo ex indocta
 plebe homines, verum doctissimos quoque ⁽ⁱ⁾ viros hic nacti ^(k) essent,
 qui sibi in hoc fidem haberent ^(l), cum interea vix ex vulgo quispiam
 20 preter te sit inventus qui tam facile crederet, nemo certe qui cre-
 ditum tam constanter asseveraret. ceterum, quicquid ille facturus
 sit, nos certe neque dignitatis splendore neque ullo carnali consilio
 abduci possumus, ne quod promisimus ^(m); idque, etsi ⁽ⁿ⁾ nichil pro-
 missemus, facturi sedulo eramus; exequi omni studio conemur ^(o).
 25 in quo quidem nichil sensui nostro confidimus aut humane pru-
 dentie, sed speramus quod qui dedit nos in cathedra Petri sedere ^(p)
 et apostolatus vicem super populum suum gerere, Ille nos inspi-
 rabit, qui in suo nomine congregandi sumus, modum salutarem
 invenire et perficiendi facultatem ministrabit. eum itaque oramus,
 30 ut det nobis id ipsum sentire et agere, quod in conspectu sue
 maiestatis acceptum sit. quod vero in initio nichil ad eum li-

Per verità i legati
 di Benedetto s'e-
 rano ristretti a
 chiedere che il pa-
 pa venisse ad un
 incontro con lui,

domanda che non
 parve degna d'es-
 ser accolta, perché
 inefficace ed anzi
 fatta ad arte e in
 mala fede.

Coluccio non do-
 veva mostrarsi co-
 si credulo, né in-
 viare in Francia
 il testo di quella
 sua lettera, da cui
 gli avversari trar-
 ranno motivo di
 vantaggio, quasi aves-
 sero guadagnato il
 plauso degli erudit
 d'Italia; laddove
 in verità non si ri-
 scontra una simile
 ingenuità nemme-
 no tra il volgo.

Comunque, il pa-
 pa non verrà mai
 meno alle proprie
 promesse,

e spera nell'assi-
 stenza divina per
 poter adempirle.

Se ha tacito
 così a lungo con

- | | | | |
|-----------------------------------|-----------------------------|-------------------------------------------------------|-------------------------------|
| (a) R hoc nobis | (b) B ⁴ res ipsa | (c) B ⁴ quod tamen | (d) B ⁴ perspicere |
| (e) B ⁴ om. et insuper | (f) R poss hunc | (g) In B ⁴ Angliam è corr. da seconda mano | |
| in Galliam | (h) R om. de | (i) R quosque | (k) B ⁴ nati |
| promiserimus | R promissemus | (l) B ⁴ haberet | (m) B ⁴ quid |
| | (n) B ⁴ idque si | (o) B ⁴ conamur | (p) B ⁴ sedem |

(1) Cf. NOVATI, *Epistolario* cit., vol. IV, parte II, pp. 65 e 66.